



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

28. In festo Pentecostes, de mißione spiritus. Act. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

DÖMIN. TOTIVS ANNI. 59

Venit hora, ut omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se prestare Deo. Considera, sicut infideles & hæretici putat se rem gratissimam Deo facere, si occidant Catholicos, cum faciant ingratiſſimam. ita te velle tendere in contrarium, & petere gratiam à Deo ita proficiendi, ut possis aliquando sanguinem data occasione pro fide Catholica profudere, quod constat sacrificiū Deo esse gratissimū, ut Christus in hoc ipso sermone Ioā. 15. declarat dicēs. Maiorē caritatē nemo habet, quam si animam ponat pro amicis suis.

IN FESTO PENTECOSTES.

De missione Spiritus sancti. Act. 2.

DVM compleverunt, ait S. Lucas, dies Pentecostes erant omnes (Apostoli, B. Virgo & alij) pariter in eod loco. Considera, quā ardentes fuerint die quinquagesimo, B. Virginis, & reliquorū 120. preces, imò Christi in cælo, qui promiserat se rogaturum pro illis; quanta ipsius Spiritus sancti, qui est ipse amor, propensio, ut totū se effunderet plenocopiæ cornu in illos innumerabilib. gemitibus à mane vsq; ad nonā horā interpellātes. 2. quomodo tandem patefactis cæli

gata-

cataractis se cum ingenti vento, tonitru, imbre, luce igneque effuderit, omnesque mox incredibili gaudio gestierint, & igne interno accensi in Dei laudes eruperint. 3. cogita ideo Spiritum sanctum non potuisse diu ab illis abesse, quia pariter erant in eodem loco non solum, sed cor vnum & animam vnam habebat: Spiritus sanctus enim vti est amor & vnio Patris & filij, ita non potest non amare vnionem.

2. *Factus est repente de caelo sonus, tanquam aduonientis spiritus vehementis. Et repleuit totam domum, & ibi erant sedentes.* Considera proprium esse Spiritus sancti non tardè, sed repente omnia facere. repente creat animas, vocauit Apostolos, conuertit Paulum, latronem, S. Antonium. *Nescit tarda molimina,* ait Ambrosius. *Spiritus sancti gratia.* 2. vehementer cum sono agere. Post ventum magnum solet sequi, tonitru, fulgur, pluuia. Sic Spiritus sanctus mouet corda ad contritionem, lacrymas, clamorem, penitentiam. 3. totam animam, intellectum, voluntatem, potentias ceteras replet, quando vacuæ sunt aliis terrenis desideriis. 4. requiescit super humilem, & quietum Isai. vlt. habentem pacem in conscientia sua, & quasi sedentem.

In c. 1.
L. 15.

Et

Et apparuerunt dispersit & lingua super sin. 3.
gulos tanquam ignis, & ceperunt loqui va-
riis linguis. Considera, sicut quando domus
intus ardet, ignis erumpit per fenestras &
tectum, sic, quando cor Apostolorum erat
accensū Spiritu sancto, ignis erupit per ca-
pita eorum; quia Spiritus sanctus, sicut nec
ignis, potest esse otiosus. vt discas, non ha-
bete te Spiritum sanctum, nisi quando bo-
nis & sanctis propositis animi, respondent
opera. Bonus enim homo de thesauro cor-
dis sui profert bona ait Christus Luc. 6. Et
ideo Apostoli igne illo accensi, nō amplius
rimuerunt, sed egressi cœnaculo palam o-
mnibus Christum annunciarunt, ita vt pu-
tarentur ebrij.

II. MEDITATIO DE EVANG.

Si quis diligit me. Ioan. 14.

CHRISTVS dixit discipulis. *Si quis diligit*
me, sermonem meum seruabit: & Pater
meus diliget eum, & ad eum veniemus, &
mansionem apud eum faciemus. Considera
miram caritatē Christi, imo totius S. Tri-
nitatis erga nos, licet peccatores & indi-
gnos; quod pro exigua dilectione nostra,
vicissim velit nos diligere, ad nos quasi cœ-
lo re-